

recens-facta Altaria: Et quidem primum a latere Evangelii in honorem ss. Trinitatis, secundum s. Crucis, tertium s. Michaelis, quartum s. Georgii martyris; e cornu Epistolae: primum s. Altmanni, secundum s. P. Benedicti, tertium ss. Apostolorum, quartum denique in honorem s. Magdalene variis e ligno formis, modulisque struxit, exornavitque. Capellas autem cum lateralibus suis scutulis, gypseo opere et artifici penicillo distinctis cumque titulo cuius, cumque Altaris correspondentibus ac connexis ita demum perfecit, ut neutra de arte melius aliquid desiderari possit.

A navi ecclesiae et a medio arcae dimidiis templi rem exorsus, eodem in loco scutum posuit, caerulei coloris cum hoc inscripto: Spectator et Orator! Ecce Tabernaculum Dei cum Hominibus. Arcus et Arca foederis Porta et Scala coeli. Ergo ingredere Benedic Domini et hic Deum adora.

Totam inde posteriorem faciem restaurandae ecclesiae prosecutus, si non fornicibus eandem arcuari: Gypseo tamen opere (ut nunc videtur) exornari fecit, affixo ad ingressum ecclesiae sub extima porta in Pario lapide hoc inscripto: Haec est etc. (s. unten Kirche, Nordseite).

Besonders erwähnenswert ist die Verehrung dieses Abtes für den hl. Altmann, über den er schon als Prior ein kleines Büchlein verfaßt hatte. Im Zusammenhang damit ist die Nachricht von Wichtigkeit, daß er neben dem Gregoriusaltar

„simul Statuam Huius Nostris Fundatoris reponi et perantiquam illius imaginem Ao 1658 renovari fecit. Meo quidem iudicio haec imago erit, de qua patres Bollandiani in commentario praevio ad diem 8. Augusti 1. Num. 5. mentionem faciunt, et ad quam resperxerit P. Maurus Hellmann Prior




Fig. 329
Göttweig, Stiftskirche, Profile (S. 443)




Fig. 330

noster dum ipsorum relatu ad quaesita quaedam P. Joannis Gamansii Societate Jesu sic ad eum rescriptsit: Pingitur B. Altmannus a ducentis annis et ultra cum splendore circa caput, ut sanctus Episcopus, Pontificalibus induitus, barba quidem rasa. Aequo in nostra imagine sic depictus extat: cum Mitra in capite, Chirotecis in manu, dextra tenens Pastoralem lituum, sinistra ecclesiam cum duobus turribus. Supra verticem inscriptio est: Sanctus Altmannus litteris vero tam antiquis, ut eas vertente saeculo decimo quarto, neque multum post Eius Translationem efformatas credam. Inferius autem recentioribus litteris adscriptum est: Fundator Monasterii Gottwicensis. Renovatur Ao 1658.

Die Beschreibung des Altmannialtares vor seiner Ausschmückung mit dem Bilde von Kremser Schmidt ist folgende: Helleri ab opere in tabula Altaris depictus supra erat S. Altmannus flectenti coram se B. Hartmanno baculum Pastoralem e coelis tradens. In prospectu (si cum Pictoribus loqui licet) quaedam pars monasterii supra montem videndam se praebuit. Picturam fuisse aiunt a quodam Religioso nostro nimurum Georgio Bergmann, fratre converso, qui artis pictoriae peritus simul veterem Altaris tabulam s. Georgii patroni sui perfacisse dicitur. Structura inferior vel sepulchrum ut vocant Altaris, tumuli formam referens perspicuum erat patensque ferreis ratibus circumdatum et picturatis angelorum capitibus decussatim exornatum, per quas tamen crateres libero intus oculo Effigiem B. Altmanni in justam statuam Viri e saxo excisam, cum